

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Senectus q  
cum fonte primo

Quid superest nisi dum huius  
uite defectus appropriat, nil aliud  
cogitare quam quomodo future aditus  
prosperitatis comprehendatur quisque  
senex appetat? Iuuenibus enim incertus  
huius uite terminus instat, senibus uero  
cunctis maturior ex hac luce recessus.

Cauende ergo sunt homini due  
particule que in illius carne non  
ueterascunt et totum hominem ad  
peccandum trahunt, cor uidelicet et  
lingua.

Cyprianus ibidem (de duodecim  
abusiuis).

quid ergo superest, nisi ut, dum huius  
uitae defectus adpropiat, nihil aliud  
cogitare quam quomodo futurae aditus  
prosperere comprehendatur quisque  
senex appetat? iuuenibus enim incertus  
huius uitae terminus instat, senibus uero  
cunctis maturior ex hac luce recessus  
[breuiter concordat].

cauendae sunt ergo homini duae  
particulae, quae in illius carne non  
ueterescunt et totum hominem ad  
peccandum pertrahunt, cor uidelicet et  
lingua:

quia cor nouas semper cogitationes  
machinari non desinit, lingua inpigre  
loquitur quodcumque cor machinari  
senserit.

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De*  
*duodecim abusiuis saeculi*, 2 (CSEL 3.3,  
W. Hartel ed., p.154, ll.7-15).